γύλιος ἐκ τούτου δυσώδης. ἢ διὰ τὸ ὅτι ἐπίπολυ ἐγκαλυπτόμενος ὁ γύλιος, ἐκ διαφόρων ὄψων τε, καὶ ζωμῶν, ὄξιδος σύμμικτόν τινα ὀσμὴν ὄδωδε.

Christ. Αστρατείας] Pacem à contrario ſic vocat, & vnguento delibutam facit, propter amicas illas Oporam & Theoriam, Venerem ignauam & verè Murciã ſic ſignificans, vt rectè dixerit ingenioſus & mollis poëta, *Bella gerant alij, tu Pari ſemper ama.* Γυλίου] Cophinus vel fiſcina militaris erat, vbi reponebant milites quos portabant cibos & alimenta, puta caſeum, oliuas & cepe. Erat autem iſtud πλέγμα ὁδοιποεικὸν oblongum & anguſti aditus (vnde poſtea macros & oblongo collo præditos vocat γυλιαύχενας) ne depoſita corrumperentur, vocabatúrque ὀψοθήκη στρατιωτική. Apud Heſychium per duplex λ. ſcribitur & indifferenter γύλιος vel γύλιον. Hoc nomine aiunt Grammatici vocari animalculũ χοιρογρύλλιον qui echinus eſt. Hoc ſi ita eſt, puto potius ab animalculo inditum cophino nomen. Et fortaſſis Latini gulam inde dixerunt, vt non mirer quòd Hercules dictus fuerit γύλιος, quia guloſus fuit & βουθοίνας. Πλέκος] Nouè pro πλέγμα qua ratione Æſchylus ῥέος dixit, ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος. Κρομμυοξυρεγμίας] Compoſita dictio ex cepis, acrimonia & vomitione. Voluit autem notari ἀπεψίαν quæ neceſſario ſtomachum lędit, & vſum ſequitur talium ciborum. Semper autem militiæ allia & cepe reſignat, vt antea miſeris & bellorum cupientibus Megarenſibus. Επυλλίων] Sophoclis induſtriam & Tragicam διδασκαλίαν (etſi eius mores poſtea exagitat) extollit, vt & in Ranis. Contrà Euripidem vbique ferè deprimit & vituperat, ad eiúſque verſus ferè ſemper alludit iocosè παρῳδήσας, præcipuè in Theſmophoriazuſis, & ipſis Ranis. Itaque hîc de Sophocle dixit μελῶν, de Euripide ἐπυλλίων, vocátque eum ποιητὴν ῥηματίων δικανικῶν quia in fabulis Euripideis multum eſt litigij criminúmque obiectorum & dilutorum, crebręque inducuntur reorum ἀντιλογίαι. Propterea forum amantibus vtilem eſſe Euripidem meritò exiſtimauit Quintilianus. Sanè in Acharnenſibus Euripides etiam exagitatur ἀπὸ τῶν ῥηματίων. Paulò poſt legendũ εἰς ἰπνόν. Putem autem Trygæum apud populũ illa omnia locutum, neque Mercurio audiente vſque ad verſum κιττοῦ, vbi Mercurius loquitur & orationem continuat, quæ ſemper pendet ab illis τὸ μὲν γὰρ ὄζει, vſque ad illa καὶ τῶνδε τοίνυν, vbi loquitur Trygæus. Vbi verò habes τρυγοίπου, in editione illa Germanica legitur τρυγητοῦ, quam lectionem ego ſecutus ſum in interpretatione: Nam verti vindemiam, eſt enim τρυγητὸς vindemia, ſed τρύγητος προπαροξύτονον eſt tempus vindemiarum. Tamen lectionem τρυγοίπου prę fero alteri. Eſt autem τρύγοιπος, colum vel ſaccus vinarius quo vina ſaccantur, vt ait Martialis. Grammatici σάκκινον ὑλιστῆρα vocãt, Moſchopulus σακελιστήριον, nam σακέλλιον eſt ſacculus, ſed dicerem potius σακχυλιστήριον. Si Heſychij codices non ſunt mendoſi τρυγητὸς idem erit, ſed vereor vt illic non τρυγητὸς, ſed τρυγοιπὸς legendum.

Σχόλια. Διονυσίων,] ἀντὶ τοῦ πλήθους τῶν Διονυσίων πολλῶν. ἐν γὰρ εἰρήνῃ συνεχῶς ἦν ἡ θέα. Αὐλῶν. τραγῳδῶν] ἐπεὶ καθόλου μὲν ὁ αὐλὸς ἐν εὐωχίαις ἀεὶ καὶ θαλίαις ἐξετάζεται. ἐν δὲ τοῖς ἰσαμένοις χοροῖς οὓς συνίσταντο οἱ χορηγοὶ διὰ τῶν Διονυσίων πάντως καὶ αὐλητὰς ἔδει προσιέναι. Σοφοκλέους μελῶν.] ὅτι ἡδέα τὰ μέλη Σοφοκλέους. θεάσασθαι δὲ, πῶς τὸν μὲν Σοφοκλέα διὰ τοῖς ὀνόμασιν ἐπαίρει. τὸν δὲ Εὐριπίδην σμικρύνει. ἐπ' ἐκείνου μὲν λέγων μελῶν, ἐπὶ τοῦ Εὐριπίδου δὲ ἐπυλλίων. Κιχλῶν] αἱ κίχλαι εἶδος στρουθῶν. δοκοῦσι δὲ πρὸς τρυφὴν ἐκ τῶν ἄλλων πτηνῶν περιαιτοῦσαι εἶναι μᾶλλον. ἀεὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα σεμνολογεῖ. Δικανικῶν.] δικανικώτερα τὰ Εὐριπίδου ἔχοντα πεύσεις καὶ ἀποκρίσεις ἢ ἐπεὶ τὰ Εὐριπίδεια ἀντιλογίας πολλὰς ἔχει καὶ δικαζομένους εἰσάγει. Προβατίων βληχωμένων] πάλιν ἐπὶ τὰ τῆς θεωρίας ἐπανέδραμεν ἐγκώμια δεῖ οὖν ἀπὸ κοινοῦ νοεῖν. ὅτι μετὰ τῶν ἄλλων προεῖπε διὰ τὸ ὄδωδεν. Κόλπου γυναικῶν.] πολλάκις ἐν εἰρήνῃ ὑπὸ κόλπους φέρουσί τι. καὶ ἀδεῶς εἰς τοὺς ἀγροὺς ἐξέρχονται καὶ ἀνθολογοῦσιν. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν δὲ εἰς ἀγρὸν, εἶπεν εἰς ἰπνόν. ἰπνὸς δὲ, ὃ ἡμεῖς καμίνιον καλοῦμεν. Δούλης μεθυούσης] ὅτι καὶ δοῦλοι μεθύουσιν ἐν εἰρήνῃ. Ανατετραμμένου χοῶς.] ἀνακαλυφθέντος εἰς γῆν. ὡς οἱ ἐν τοῖς πότοις σφαλλόμενοι εἰώθασι ποιεῖν. Αλλων πολλῶν] μετὰ τὸ κατὰ μέρος πάντα εἰπεῖν ἐπήγαγε τὸ γενικόν, ἵνα καὶ ἄλλων πολλῶν δόξαν παράσχηται. Υπωπιασμέναι] σφοδρῶς πληγεῖσαι ὑπὸ τοῦ πολέμου. παρὰ τὰ ὑπώπια ἅ εἰσιν ἐκκαύματα ὄψεων καὶ κρούσματα ἅπερ κορδύλας φασίν.

Chris. Υπωπιασμέναι] Contuſæ & detritæ per diuturnum bellum. Sumpta tranſlatio à tumicibus, qui ſub oculos contingunt, ὑπώπια vocant, dixerim ſubcilia: nam inde ſubgillare, quaſi ſubcillare, quod notat vox ipſa, quæ dicta teſte Galeno quaſi ὑποφθάλμιον. Sunt autem tumores liuidi (corrige apud Heſychium πελιδνώματα) qui cotularum preſſu detumeſcunt & exſtinguũtur. Cotulæ autem illæ κύαθοι dicebantur, vſurpauítque Plato Comicus pro vaſculo illo & hauſtro quod ἀντλητὴρ vocatur. Nos Galli *Ventouſes*, quæ ſunt χάλκεα ὀξύβαφα. Meminit Athenæus lib. x. laudátque præterea Archippum & Ariſtophanis hunc locum. Tubercula verò illa oculorum κορδύλαι dicuntur fortaſſis, quia δηλοῦσι τὰς κόρας. In Acharnenſibus verſus legitur τίς γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος, vbi Sudas legit ἀσπίδος, & γοργόνα ὑπώπιον facit me non probante. Videndum autem num mendoſus ſit idem Sudas alio loco quo κονδύλους vocari ſcribit. Sanè enim κόνδυλος facilè κορδύλην faciet, at non contrà. Itaque emendarim κορδύλας, quamuis inter Oedemata & exanthemata ſciam à Medicis receſeri τὰ κονδυλώματα. Apud Theocritum ſenes κυλοιδιῶντες aliud eſt, nam tumor ille non eſt ex plaga niſi amoris.

Σχόλια. Καὶ κυάθοις] τοῖς γὰρ χαλκοῖς ὀξυβάφοις τὰ ὑπώπια ἀνατρίβοντες, ἀφανῆ ποιοῦσι. τούτοις γὰρ τοὺς ἐκ τῶν πληγῶν ἐθεράπευον μώλωπας.

Τρ. Καὶ τῶνδε τοίνυν τῶν θεωμένων σκόπει
Τὰ πρόσωφ' ἵνα γνῷς τὰς τέχνας. Ερ. Αἰβοῖ τάλας,
Εκεινονὶ γὰρ τὸν λοφοποιὸν οὐχ ὁρᾷς,
Τίλλονθ' ἑαυτόν; ὁ δέ γε τὰς σμινύας ποιῶν
Πέπαρδεν ἄρτι τοῦ ξιφουργοῦ κεινουί.

TR. Perpende vultum & ora iam ſpectantium,
Artémq; noris quiſque quã colit. ME. *ah miſer*
Viden' vt capillos ille criſtarum artifex
Sibi vellit, vtq; qui ligones fabricat
Recens in iſtum pederit fabrum enſium?